

9

a mulieribus superari, Hoc illi nostro cōuenit  
q̄ aspiciens mulierem ad voluptatem, et si rem  
non cōsumet, tamen quia ad id concupiuit in  
corde suo, crimē non caret, illud autem Clinie  
Pythagore familiaris, difficile est credere, non  
dedita opera sed fortuito nostris cōuenire, qui  
cum posset triū talentorū damnū iureiurando  
sibi delato effugere, soluere quidem maluit q̄  
iurare, quanquā sine periurio id facere liceret  
Audiuerat ille (vt mihi videtur) preceptū dñi  
iuramenta vetantis.

Ca. X. Ex disciplinis extraneis dumtaxat  
utilia, et ad finem humane vite attigendū  
conferentia, excerpendum esse.

Sed redeo ad id quod in principio dicebam, nō  
omnia nobis p̄cipienda sunt: sed tamen utilia.  
Etenim cum eos cibos qui obesse possunt, cor  
pori diligēter vitemus, absurdū est disciplinarū  
quibus animus aliter rationem nullam habere,  
sed tanquā torrens aliquis quecūq̄ sors obtu  
lerit, sine delectu imergere. Et cū gubernator  
nō temere nauim ventis pmittat, sed ad portū  
dirigat, Et sagittarius ad signū, & faber et archi  
tectus finem aliquem sue artis respiciat: nos ab  
eiusmodi opificibus in cognoscēdis rebus nr̄is  
superari. Necq̄ enim manualiū operum finis ali  
quis est: vite autē humane finis est vllus: quē

b i